



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Aphorismi Confessoriorvm Ex Doctorvm sententijs collecti

Sá, Manuel de

Coloniae, 1610

Vsusfructus, vsus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41645

Vsucapio vide Praescriptio.

Vsufuctus, Vsus.

1 **V**sufructuarius potest vendere solum quatum opus est ad soluendam vecturam rei longè distantis necessariae: quidam tamen dicunt, posse vendere arbores caeduas fructiferas verò nec incidere posse.

**De vsufuctu Mol. d. 7. 8. 9.*

Vid. e Mol. vers. eod. n. 1.

2 Tenetur reddere aestimationem rerum vsu consumptibilium, vt pecuniae, vini, &c. factam tempore quo ei traditae sunt (quae vero vsu minuuntur, vt vestes, eorù reddendum, quod supererit post vsufuctum) & pro pecoribus mortuis alia substituere, si legatus est vsufuctus gregis vel armenti; secus si animalium: itemque pro vitibus, & arboribus mortuis alia substituere: foetus autem potest consumere; & si substituta pereant, non tenetur pro illis dare alia. Potest & consumere fructus vsu non consumptibilium, vel eorù pretia.

**Mol. d. 7. col. 2. Quae verò § Syl. l. c. n. 4.*

Et pro peco. § Mol. l. c. vide l. vetus. ff. de vsufuctu. Fum. vsufuct. n. 8. Ang. 21.

Itemque pro vit. § secus si tempestate aliqua sine culpa eius perierint. Mol. l. c. col. 1.

3 Non tenetur ad expensas magnas pro rerum conseruatione, vel defensione, sed potest
rei etc.

repetere à proprietario. Quidam tamen aiūt, si sit legatus vsusfructus omnium bonorum, teneri ad expensas etiam magnas pro reficienda re.

* *Syl.num.9. Mol.l.c.col.3.* tenetur tamen ad expensas exiguas ad rem, qua fruitur, reficiendam. *Mol.ibid.*

4 Tenetur soluere rei tributum, & collectas, & onera, nisi essent tanta, quod legatum per ea redderetur inutile: ad onera verò pro habendo iure fructuum, tenetur propriarius.

* *Vide Mol.col.vlt. Syl.l.c.*

5 Non tenetur soluere debita, sed hæres, qui ea soluet de proprietate, & vsufructu, is enim intelligitur deducto ære alieno: si tamen ille esset vsufructuarius non omnium bonorum, sed rei certæ, non tenetur de ea dare ad soluenda debita.

* *Syl.l.c. §. Quartum.* dicit bonorum omnium vsufructuarius æs alienum soluere debere. *Fum.l.c.num.5.*

6 Vxor relicta vsufructuaria omnium bonorum, vel domina, & gubernatrix, habebit solum alimenta: at mortuis filiis hæredibus, habebit plenum vsufructum; imò & proprietatem secundum quosdam.

* *Vide Graff. 2.c.59.num.8. p.1. Syl.l.c.nu.13. Fum.vers. Legatum nu.32. Ang.eod.nu.48.*

7 Fructus maturi tempore mortis vsufructua-

fructuarij ad proprietarium pertinent.

* *Molin. dist. 7. col. 1. Indit. de rerum diuis. §. Is verò.*

8 Vlusfructus omnium bonorum non intelligitur in legitima filiorum testatoris.

* *Syl. l. c. num. 12.*

9 Vlusfructus transit cum ingrediente Religionem, dum viuit, si Monasterium potest habere proprium in communi.

* *Nau. con. 2. de Reg. nume. 83. Mol. d. 9. col. vlt. contra Coua. & Syl. vide Graff. l. 3. c. 19. nu. 43.*

10 Vlusfructus relictus ciuitati, vel vniuersitati, cessat post centum annos.

* *Syl. l. c. num. 11. Quomodo finiatur vlsufructus, Mol. d. 9. de iust.*

11 Si vlsufructuarius amittat ciuitatem, succedit ei pater, filius, & hæres, dum ille viuit.

* *Syl. l. c. Ang. eod. nu. 20.*

12 Perit vlsufructus per nõ vsum decem annorũ inter p̄sentes, & viginti inter absentes.

* *Mol. d. 70. col. 2. Syl. l. c. fi.*

13 Legato tibi vlsufructu vsque ad alicuius pubertatem, si ante moriatur, habebis vsque ad illam ætatem; si verò vsq; dum nubat, & moriatur, habebis dum viuis: tamdiu enim poterat non nubere. * *Vide Syl. l. c. Fum. nu. 7.*

14 Legata tibi re stabili, habebit tecũ in eam vsumfructum vlsufructuarius omnium bonorum: vel tu solus, secundum quosdam.

* *Vide Mol. d. 8. in fine.*

15 Foemina intra annum nubens, non ideo amittit vsumfructum relictum à marito, vel proprietatem, nisi ille id exprefferit.

16 Concessa tibi re aliqua ad vitam intelligitur tibi concessus vsusfructus, potesq; alteri tradere ius illud dum viuis. *Mol.d.7.co.vlt.

17 Vsum solum habens agri, potest fructus edere cum familia, sed non vendere aut locare: secus si habeat vsumfructum.

Syl l. e. num. 1. Ang. vers. nu. eod.

18 Vsurarius tenetur ad expensas: quod si proprietarius participet rei commodo, ipse solus tenetur.

*Vsura, vide Contractus, Debitum,
Dos, Iudæus.*

1 Vsurarij bona esse tacite hypothecata pro vsuris, quidam aiunt, sed melius alij negant.

* De hac re *Couar. lib. 3. var. à c. 1. Nauar. lib. 5. consil. & in c. si fœneraueris 14. q. 3. & cap. 17. à numer. 206. Sot. lib. 6. q. 1. Bannes 2. 2. q. 78. Val. Mol. ad. 302.*

* Aiunt } *vide Gl. c. cum tu. c. tua nos de vsu.*

Negant } *Gouar. l. c. c. 3. nu. 6. Mol. d. Caiet. Nauar. & alij ab eo citati.*

2 Vsurarius qui nulla alia habet bona, nisi restitutioni obnoxia, si donet, aut in dotem det, non tenetur *Syl. vsura 8. q. 1. Tabien. vsura.*

6. q. 2.